separabis quod separatur et remaneat aliquam partem duorum supradictorum fleumatis et agitatur
ille semel separata vocatur aqua ardens Ubi intinxeris pannum lineum
in eo inflamatur et non abicitur Ista habes unum elementum spirituale sanum cum spiritu
quinte essentie Et ita oportet ut omnia tria elementa fiat spiritualia et incinerata
virtute sua corporalem

¶ Regula de separatione aeris cum spiritu quinte essentie
Separa totum fleuma superfluum a dicto lapide dictum oleum apparebit et nichil
penitus fleumatis remaneat et erit sicut prius mollis tunc aqua ardente rec-
tificata ut supra misce cum illa substantia firma sicut prius et distilla tunc vocatur sanguis
humanus Tunc iterato 2o distilla tunc vocatur sanguis humanus rectificatus vocatur aer
et ventus portat illud ventum in ventre suo tunc habebis fleuma et aerem

¶ Regula de separatione ignis cum spiritu quinte essentie
Predictam substantiam que remanet sicut prius separa totum oleum tunc erit quedam substantia
nigra sicca terra pulueriza et misce cum sanguine humano rectificato ut supra distilla
et vocatur aqua ignea fac 2o et vocatur aqua ignea rectificata sic habebis tria
elementa ignem aquam et aerem Predictam substantiam in terra calcina in furno
reverberationis donec sit calx cum illa calce misce aquam igneam recti-
ficatam et distilla et vocatur aqua vite rectificata et sic habebis iiiior elementa purificata purificato
sata cum spiritu quinte essentie Et quod dictum distillatur in vitro vocatur alambicum et vas
debet esse semiplenum ut una pars plena et tres partes vacue et debi-
tum stare in cineribus usque medium Et non quod in appositione aquam ad soluendum
aurum plus in duplo est aqua fleumata dimittendum cadere aliquam aquam tota est recipi-
enda Item si totum aquam deponatur dictum alembicum rubificata incipiat melius
est quia oportet aquam que soluit dictum aurum in multo esse fortiorem quam aquam que debet
soluere alias species Illa non videtur sepe quod aurum perimitur se soluere ipsa forte
cum istis aquis si prius quam aurum est impositum in ista aqua et per duas horas
stetit inter cineres calidos tunc quidem pulueres rubeum in colore et per se
calcinatur tunc illa aqua debet caute deponi et similiter alia eiusdem potentie
et fortitudinis debet fundi super predictum puluerem rubeum et sit in triplo tantum
in pondere quantum est de calce auri et stet iterum inter cineres calidos per ii horas
tunc soluetur in parte vel in toto quod si non contingit deponatur ista et iterum imponatur
noua et soluetur tota Cum volueris aliquam aquam aliarum predictarum
facere vide bene quod in principio ignis sit ita lentus quod si non fundat species per ignis po-
tentiam fundantur cum suam igne emittat sudores et vapores aquaticos
que ascenderunt ad alembicum et fiunt sicut lacrima sive et id liquor aquaticus
dicitur fleuma Et non si contingit species fundi ante separationem istius fleumatis tunc
nunquam posset illa fleuma ab aqua bona separari et sic aqua perdit virtu-
tem suam et lederit et veniet artifex in errore non nunquam optinebit
debitum finem propter aque debilitatem Auctor attestatur per quam per venit ad sententiam ha-
secreti perficiat infra octo dies quod per prius infra 40 dies vix perficere poterit
Omnes species que augantur omnis aqua superdicta tam aqua in qua aurum fuit solu-
tum quam relique in quibus cetere species fuerint solute Et si omnes aque non possunt
in uno vase contineri tunc post quam per ii horas in balneo marie vel inter cineres
calidos uniantur dividatur aqua tota in duo vasa et unde quodlibet vas
sit semiplenum Deinde alembico supposito distilletur aqua absque species per balneum
marie Et inuenies in fundo oleum spissum duplex colore sit tota eius ...